



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pia Hilaria R. P. Angelini Gazæi E Societate Iesv Atrebatis

Gazet, Angelin

Antverpiae, 1629

Morbus & medicina dæmonis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70444](#)

Seu cùm iret aliò; pendulam salutando
Deuotus escam,basiisque libando,
Et híc & illic labra dura figebat.
Sed (quod legenti possit audientiique
Stomachum ciere) dentibus iocabundis
Linguaque putrem prouocabat aruinam.

Tandem rogatus cur sui Iacoponus
Tam dirus esset,tamque pertinax osor;
” Tentatus,infit ille,tento tentantem,
” Et me,salubri fraude,vexo vexantem.

Morbus & medicina dæmonis.

Ex Concion.quadrag.Maillardii.

A Pologon audi Lector, & verum puta.
Morbis Olympus solus est imperius;
Hic æuictena sanitas,hic corporum
Velut ære fusa stabit integerrimis
Compago semper viribus. Tellus,mare,
Aer,& alta montium,alta vallium,
Secreta nemorum,ac vrbium frequentia,
Ima fluuiorum summaque, infirmis scatent.

Regina latè regnat Aegrimonia.
Gangræna pisces delitentes arripit
Medis in vndis. Nauis à teredine
Estur malignâ. Quis negabit arbores
Carbunculare? siderari vineas?
Podagram cicada,cordolia canis sua,
Philomela rauim patitur,& suos habent
Muscae catharros & suam dysuriam.
Extrema cauda ni amputetur felibus,

Lentâ

eu

Lentâ recedunt tabe febris hecticæ.

Venio, venire quò volo. Et suos habet
Morbos Auernus. Nuper illic quispiam è
Principibus Orci, de quo cornutissimis
Spondâ iacebat æger in vastissimâ:
Ahena crates culcitæ subiens locum,
Ceruical olli ferreum & candens erat,
Intusque flagrans carbo, plumarum vice,
Stragula nigrante texta fumo & sulphure
Operibat ægrum: & hinc & inde plurimi,
Et multicornæ & longicaudatum pecus,
Solamen ægro quisque pro se se dabant.

Hic, ne enecetur frigore, extremos pedes
Ardente saxo calfacit: teterrimam
Picem hic propinat, dum sitit: Sunt qui offerant
Fungos vetustos, vniuersque sœculi;
Sunt qui papauer putre, somnos ut vocent.
Scitantur alij, principis vicem anxijs,
Ecquid palato rideat famelico?
Cupiatne porcum fortè Troianum, cui
Sit fartus altum venter assatis simul
Cuculis & v'lulis mille, mille noctuis
Bubonibusque? respuebat. An velit
Ter mille fricos peponas in sartagine
Instar fabarum? respuebat. Forsitan
Balænam in atro felle coctam, rancido
Oleo innatantem? respuebat. Denique
Minutal ingens mille de bufonibus
Totidemque colubris. Respuens & despensi,
,, Mox ille, Quotquot ambitum strato datis,
,, Ignara Pecora quid velim, quid non velim;
,, Volo, inquit, ingens ferculum in paropside

Ingen-

„ Ingente, lautè comparatum & dapsile.
 „ Properate, maturate, Pastillos volo
 (Orexis illi dura singultum dedit,
 Interque rupit verba) pastillos volo
 „ Linguis refertos improbis. Linguis mihi
 „ Mora nulla, de repente, de vestigio
 „ Vos Orbe toto quærite. Id fercli volo.
 Apologon audis Lector, haud falsum putas.
 Nil ægrienti dæmoni est optatius,
 Quam lingua mendax, lingua fallax, improbos
 Prona in susurros, aut probra, aut calumnias.
 Heus Sycophanta, si sapis, linguam preme,
 Tuque Thrafo sumos venditans aut emptitans,
 Raptor alieni nominis, crepans tui,
 Vitilitigator, quadruplicator, fannio,
 Et tu dolose, tuque bucco sordide,
 Et plene Veneris fæculentis pulibus,
 Cauete sultis impiaæ carunculæ,
 Iniquitatis soniti carunculæ,
 Iliadi mille funerum carunculæ.
 Cauete; ab orco Turma grandis vndique
 Instructa calathis astat à tergo, ad latus
 Infra supraque, Principi vescas suo
 Genus hocce linguas quæritans. Os claudite
 Centuplice serâ, pessulo centuplice.

Vota Amico facta.

Tibi quod optas & quod opto, dent Diui,
 (Sol optimorum in optimis Amicorum)
 Ut anima semper læta nesciat curas,
 Ut vita semper viua nesciat canos,

Vt